

5 τῆς οἰστροπλήγος ἄλσος Ἰνάχου κόρης
 αὕτη δ', Ὀρέστα, τοῦ λυκοκτόνου θεοῦ
 ἀγορὰ Λυκείος· οὐξ ἀριστερᾶς δ' ὄδε,
 Ἥρας ὁ κλεινὸς ναὸς· οἷ δ' ἰκάνομεν,
 φάσκειν Μυκῆνας τὰς πολυχρύσους ὄραν,
 10 πολύφθορόν τε δῶμα Πελοπιδῶν τόδε,

hem Argos dici, quam tragici cum Mycenis confundere soleant. Eadem Monkii sententia est, citantis in hanc rem Elmsleium ad Heraclidas v. 188. Nobis non videtur dubitandum esse, quin Ἄργος generale nomen sit, quo et ager Argivus, et urbs, et Mycenae comprehendantur. Hoc enim primum ponendum erat, deinde singulae partes commemorandae. Pausanias III. 19, 3. Ἀργείοις δὲ τῶν ἐν τῇ πόλει τὸ ἐπιφανέστατον ἐστὶν Ἀπόλλωνος ἱερὸν Λυκείου, et cap. 17. 1. Μυκηναῶν δὲ ἐν ἀριστερᾷ πέντε ἀπέχει καὶ δέκα στάδια τὸ Ἥραιον. Caeterum vehementer falluntur, qui tragicorum verba in huiusmodi rebus ad veros locorum situs exigunt. Non secus Athenis, quam hodie apud omnes, qui theatra habent, illud spectabatur, quod in scena repraesentatum erat, ubi satis erat cerni quae fama nota essent, etiamsi et specie et situ multum a veris differrent. Versum 5. affert Eustathius p. 629, 55. (485, 13.) de accentu vocabuli οἰστροπλήξ disputans, de quo v. Bastii Epist. crit. p. 213. et Appendicem ad eam p. 49. et nos in Schaeferi praefat. ad Soph. p. XIV.

V. 7. Eustath. p. 354, 17. 449, 2. (268, 15. 341, 32.)

V. 10. Ambo codd. Lips. post Πελοπιδῶν commate interpungunt, quo ἐστὶν intelligatur. Sed praestat, omissa interpunctione ista, hos casus pro accusativis habere, pendentibus e verbo ὄραν. Citat Eustath. p. 461, 9. 674, 62. (351, 4. 546, 28.)

Εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ δράματος ἡ ἑρμηνεία ἐστὶν ἡ ἀρχὴ τοῦ δράματος.